

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschieden] 1559

Scena III.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

Nisi prospicis . nūc hinc domū ibo, ac Phaniū edocebo,
Ne quid uereatur Phormionem, aut eiū orationem .

ACTVS QVINTI SCENA III.

DEMIPHO, NAVSISTRATA,
CHREMES.

De. *Gedum*, ut soles Nausistrata, fac illa ut plas-
a cetur nobis;

Ut sua uoluntate id, quod est faciundum, fa-
ciat . Na. faciam .

De. Pariter nūc opera me adiuues, ac dudū re opitulata es.

Na. Factum uolo : ac pol queo minu' uiri culpa, quā me
dignum est .

De. Quid autem ? Na. quia pol mei patris bene parta in-
diligenter

Tutatur : nam ex is prædijs talenta argenti bina

Capiebat statim . hem, uir uiro quid præstat . De. bina
quæso ?

Na. Ac rebus uilioribū multo, tamē talēta bina . D. hui.

Na. Quid hæc uidentur ? De. scilicet . Na. uirum me na-
tam nellem :

Ego ostenderem . De. certe scio . Na. quo pacto . De.
parce sodes,

Ut possis cum illa ; ne te adolescens mulier defatiget .

Na. Faciam, ut iubes : sed meum uirum abs te exire ui-
deo . Ch. hem Demipho,

Iam illi datum est argentum ? De. curauī illico . Ch. nol-
lem datum .

Q 3

Hei,

P H O R M I O

Hei, uideo uxarem: pene plus, quam sat erat. De. cur nolles Chreme?

Ch. Iam recte. De. quid tu? ecquid locutus cum ista es, quam obrem hanc ducimus?

Ch. Transégi. De. quid ait tandem? Ch. adduci non potest. De. quid non potest?

Ch. Quia uterque utrique est cordi. De. quid istuc nostra? Ch. magni. praeter haec,

Cognatam comperi esse nobis. De. quid? deliras? Ch. sic erit:

Non temere dico: redi mecum in memoriam. De. satne sanus es?

Na. Au, obsecro uide, ne in cognatam pecces. De. non est. Ch. ne nega;

Patri nomen aliud dictum est: hoc tu errasti. D. non norat patrem?

Ch. Norat. De. cur aliud dixit? Ch. nunquam hodie concedes mihi, neque

intelleges? De. si tu nil narres. Ch. pergis? Na. miror quid hoc fiet.

De. Equidem hercle nescio. Ch. uin' scire? at ita me seruet Iupiter,

ut propior illi, quam ego sum, ac tu, nemo est homo. De. diuosttram fidem:

Eamus ad ipsam una omnes nos: aut scire, aut nescire hoc uolo. Ch. ab.

De. Quid est? C. ita ne paruam mihi fidem esse apud te? De. uin' me credere?

Vin' satis quaesitum mihi istuc esse? age fiat. quid illa filia

Amici

Amici nostri, quid futurum est? Ch. recte. De. hanc
igitur mittimus?

Ch. Quid ni? De. illa maneat? Ch. sic. De. ire igitur tibi
licet Naüsistrata.

Na. sic pol commodius esse in omnes arbitror, quam ut
coeperas,

Manere hanc: nam perliberalis uisa est, cū uidi, mihi,

De. Quid istuc negocij est? Ch. iam ne operuit ostium? De.
iam. Ch. o Iupiter,

Dij nos respiciunt: gnata inueni nuptam cum tuo fi-
lio. De. hem,

Quo pacto id potuit? Ch. non satis tutus est ad nar-
randum hic locus.

De. At tu intro abi. Ch. heus, ne filij nostri quidem hoc res
sciscant, uolo.

ACTVS QVINTI SCENA IIII.

A N T I P H O.

An. AETU' sum, ut ut meæ res sese habent, fratri
l obtigisse quod uolt.

Quam scitum est, eiusmodi parare in animo
cupiditates,

Quas, cum res aduersæ sient, paulo mederi possis.

Hic simul argentum repperit, cura sese expediuit:

Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis,

Quin, si hoc celetur, in metu; sin patefit, in probro
sim.

Neque me domū nūc recipere, ni mihi esset spes ostensa

Q 4

Huiusce